

## No. 454. 1350. 9. März.

*Bischof Johann I. von Meissen eignet dem in seinen Einkünften sehr herabgekommenen Capitel, und zwar diesem selbst die Pfarrkirche zu Zschaitz, der Scholasterie die zu Mitweida, der Custodie die zu Göda.*

In nomine domini amen. Cum per nonnullos praelatos et canonicos ecclesiae Misnensis bona communia seu redditus communes ad solum capitulum spectantia et spectantes improvide et inconsulte sint alienata et distracta, alienati et distracti in tantum, quod quasi nihil vel modicum de bonis et redditibus eisdem remansit et capitulum maximos et notabiles in redditibus communibus patiatum defectus, ita quod ex bonis restantibus non possit debita onera supportare, nisi fiat contributio per personas singulares et de praebenda canonici cuiuscunque, praebendae autem tam tenues in redditibus existant, quod si huiusmodi contributiones singulares canonici de praebendis subire debeant, non possent tenere vicarios, qui ecclesiae deservirent in divinis, scolastia etiam ecclesiae Misnensis et custodia, quae sunt dignitates seu personatus in ipsa ecclesia, nihil vel modicum habeant in redditibus, ita quod nulli vel pauci inveniantur, qui eas velint acceptare. Nos Johannes dei gratia episcopus ecclesiae Misnensis considerantes praedicta, de expresso nostri capituli Misnensis voluntate et consensu pro huiusmodi necessitatibus relevandis ecclesias parochiales Misnensis diocesis, videlicet in Zschewitz capitulo, in Mitweide scolastriae ad nostram collationem spectantes et quae canonico dictae nostrae ecclesiae de capitulo existenti duntaxat conferri consueverunt, et in Godow similiter ad nostram collationem spectantem, quae tamen extra capitulum conferri consuevit, custodiae cum fructibus, redditibus et proventus earundem ex nunc auctoritate nostra ordinaria incorporamus, unimus et annectimus perpetue per praesentes, ita quod dictis ecclesiis quovis modo proxime vacantibus fructus, redditus et proventus earundem capitulum, scolasticus et custos pro tempore vigore incorporationis et unionis praesentis recipere valeant sive possint, reservata tamen vicariis debita portione, ut congruam cum ministris et familia sustentationem habere possint et incumbentia onera supportare; et custos ecclesiae Misnensis qui pro tempore fuerit, praeposito Budissinensi pro tempore ratione dictae parochiae in Godow obedientiam tenebitur facere manualementem. In quorum omnium testimonium praesentem litteram conscribi fecimus et nostri sigilli appensione muniri. Datum in Mogelin anno domini M<sup>o</sup>.CCC<sup>o</sup>. quinquagesimo nona die mensis Martii.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem beschädigten Siegel des Bischofs an einem von der Urkunde selbst zum Theil abgeschnittenen Pergamentstreifen.

## No. 455. 1350. 6. April.

*Henlin von der Aue und Martin dessen Sohn geloben dem B. Johann ihren Hof zu der Hartha ohne sein Vorwissen nicht zu befestigen und ihm beizustehen gegen seine Feinde.*

Ich Henlin von der Owe mit Mertine minem sune bekennen öffentlich an dysem geginwerdigin brife vnde tûn kûnt allin den, dy in sehen oder hôrin lesin,